



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

Qe. 80

CONSULTATIO TE-  
STAMENTARIA,

IN QUA DISCUTITUR GRA-  
*vissima & admodum controversa*  
*questio,*


An Testamentum actis iudicis in-  
sinuatum, absque testibus  
valeat;

PRO QUA AFFIRMATIVE  
CONCLUDITUR, ET VERUS AC  
germanus intellectus L. Omnium  
19. C. de Testam. asse-  
ritur.

A U T O R E  
OTTHONE MELANDRO  
HASSO, JURIS UTRIUS-  
QUE Doctore.



Impressum Liche, apud Nicolaum Erbenium.  
Anno 1597.



P R A E F A T I O .

R E V E R E N D I S S I M O P R I N-  
C I P I A C D O M I N O D O M I N O I O A C H I-  
m o Confirmato Regalis & Exemptæ Ecclesiæ Hirs-  
feldensis Abbati, Domino suo Cle-  
mentissimo.

S. P. D.

U M , R E V E R E N D I S S I M E  
P R I N C E P S C L E M E N T I S S I-  
M E D O M I N E , Sacrosanctæ ju-  
risprudentiæ dignitas majestas-  
ve, non in nuda aliqua intelle-  
ctus contemplatione, sed in actione potissimū  
ac praxi posita sit, à perfectione illius quam  
longissimè abesse mihi ii videntur, qui nihil a-  
liud per omne vitæ suæ tempus nisi subtileſ  
quasdam & argutas legum ſpeculationes con-  
ſectantur, ampliſſimo illo Jureconsultorum  
officio præclarè ſeſe perfundetos eſſe existiman-  
tes, quando vel de lege aliqua paulo diffiſiliori  
acute differere, vel textus in ſpeciem pugnan-  
tes conciliare inter ſeſe ac ad concordiam re-  
digere noverunt. Interim verò, ſusque de que  
illa habent, & veluti ex ſublimi deſpiciant, que  
ad ſalutem Reipub. recte ratione q; procuran-  
dam propius accedunt. Præclarum id quidem  
eſt, magna q; in laude ponendum, in variis le-  
gum abſtrusarum intellectibus erucendis, & ap-

A 2

p a

parentibus textuum contrarietatibus tollendis multum temporis ac studii collocare: at verò huic uni studio se totum dedere; id mihi, mehercule, & contra dignitatem jurisprudentiæ esse videtur, & contra salutem Reipublicæ; perinde ut ex altera parte ii quoque reprehensionem gravem incurruunt, qui jurisprudentiæ initiis vix primoribus, quod ajunt, labris degustatis, statim ad praxin forensem profiliunt, & ipsi juris imperiti aliorum facta ex jure disceptare aggrediuntur. Enim verò isti sunt, quorum imperitiâ totum turbari mundum in præctica sua præclarè scriptum reliquit Iohannes Petrus Ferrariensis. Quod certè infelix lolium, quas steriles avenas si pro officiï sui ratiōe Magistratus ex pulcerrimo Reip. agro aut planè extirpandas curaret, aut certè à dignitatū sublimitatibus arceret, plus profectò justitię conspiceretur, quām injustitię, quæ una ferè hodie effrenata quadam regnandi libidine insolenter exultans, cùm omnium rerum aliarum principatum affectat, tum verò maximē jus & æquitatem robore potentiarum suarum pessundare quasi, suoque premere imperio conatur, usq; adeo ut verum sit illud, quod quidam nostri temporis Poëta facile princeps canit:

*Proq; foro vis est , nescitq; potentia leges. Contrà verò ii jureconsulti laude satis idonea affici nun-*

P R A E F A T I O .

3

nunquam possunt, qui quidem & absolutam  
in Academiis Theoricæ jurisprudentiæ facul-  
tatem sunt consecuti, & facultatem illā suā  
ad provehendam Reip. in cōlumitatē tum con-  
sulendo tum iudicando aptè accommodare ac  
conferre didicerunt.

Tales in Hassia quidem nostra adhuc su-  
perstites sunt Magnifici ac Consultissi-  
mi viri Henricus Canisius Illustriss:  
Hass: principis ac Domini Domini  
ni Mauriti Cancellarius, Iohannes  
Antrechus Procancellarius eiusdem,  
Eberhartus à VVeiche, Consiliarius  
eiusdē, Sigfridus Clotzius, Illustriss:  
Hass: principis ac Domini Domini  
Ludoici Cancellarius, Regnerus Six-  
tinus, Hermannus Vulteius, Chri-  
stianus Andree, Christophorus Pauli:  
In Saxonia verò sunt Magnifici, Nobiles  
clarissimique viri David Peiferus,  
Hartmannus Pistoris in Seufelitz,

A 3

Guliel-

4 PRÆFATIO.

Gulielmus Rodolphus Megobachus in Helmsdorff, Andreas Kniche: ut jam alios in jurisprudentia practica præclarissimè versatos viros silétio præteream, inter quos veluti præcipuū quoddam in Germania sumen enitet, præstantissimus, magnificus & amplissimus vir Dominus Ioachimus VVillerus Cameræ Imperialis quondā Assessor laudatissimus, nunc verò Advocatus celeberrimus.

Quæ omnia cùm recta mecum via reputarem, eorum vestigiis, suffragante divini numinis gratia, infistere fixum mihi est, deliberatumq; qui ad praxin forensem studia sua referrunt. Etsi verò sàpe multumq; optavi, utriusque jurisprudentiæ excendæ occasiōne mihi dari, hactenus tamen voto isto meo per temporis invidiam potiri mihi haud licuit. Itaque alterum illud vitæ genus, quod practicum est, necessariò mihi arripiendum fuit. Cùm autem, REVERENDISSIME PRINCEPS CLEMEN-  
TISSIME DOMINE, Consultationem hanc in causa de jure magnopere controversa superiore anno conscripsisse, eamq; magni nominis viris nonnullis, iisq; nobilitate generis & do-  
ctrina

## P R A E F A T I O .

5

etrina præstantibus legendam dedissem, autores ii mihi suaforesque extiterunt, ut in publicum ipsam emitterem, neque monendi finem fecerunt, donec tandem autoritate illorum ac monitis expugnatus Cōsultationem me illam editurum esse reciperem. Quia verò exulceratissimo hoc seculo, quod, proh dolor! ad calumniandum nimis proclive est, scriptum aliquod sine patrono publicæ luci committere parum tutum esse videtur, sub tui excelsissimi nominis patrocinio, C L E M E N T I S S I M E P R I N C E P S, hanc Cōsultationem in apertum proferre mihi visum est. Quis enim ignorat, cùm ipse litterarum scientia haud vulgari sis prædictus, te non solum litteratorū hominum scripta libenter legere, sed & litteratos ipsos clementer complecti, & operam dare, ut cùm litterarum studia in illustri Gymnasio Hirsfeldensi feliciter propagentur, tum verò etiam in Dicasterio tuo jus & justitia per Consiliarios tuos, quos amplissimos habes consultissimosque, æquabiliter administrentur? Itaq; omnes uno ore affirmant, te divina quadam virgula tuoque merito propter præstantissimas virtutes tuas Abbatem Hirsfeldensem electum esse, factum ac confirmatum. Accipies igitur Cōsultationem hanc meam serena placidaq; fronde, eamq; pignoris loco tecum tantisper affer-

A 4

vabis-

vabis, dum & benignioribus fortunæ ventis  
provectus, & plus humanioris otii nactus scri-  
ptum aliquod majori & industria & doctrina  
elaboratum, ac quod tale sit, uniuersas ut juris  
nostræ partes tum ex veteri urbis Romanæ  
statu, tum ex præsenti Imperii facie methodi-  
cè persequatur D E O O P T. M A X. juvante in  
lucem edam. Etiam atque etiam, Reverendissi-  
me Präful Clementissime Domine vale. Da-  
tis Honæ Hessorū è Museo meo VIII. Cal.

Febr. Anno novissimi temporis

M. D. XC. VII.

*Reverendissimam celsitudinem tuam  
demissè colens*

Ottho Melander J. U. D.

C O N -

## CONSULTATIO.

Factum infra positum est in annexa Testamenti clausula.

*Sacrosanctæ Triados ope suppliciter implorata*

**V**IS o atq; inspe&tō diligenterque  
pensitato Testamento Nobilissi-  
mi quondam & Strenui Domini  
NN, quoniam, autore Cajo ju-  
reconsulto *in l.4. ff. Qui testam.fa-*  
*cer. poss. si quæramus, an valeat testamentum, in-*  
*primis animadvertere debemus, an is, qui fecit*  
*testamentum, habuerit testamenti factionem,*  
*deinde si habuerit, an secundūm regulas juris*  
*civilis testatus sit, videbimus primum, an Te-*  
*stator hic noster facultatem testandihabuerit,*  
*deinde an legitimè ex præscripto juris testa-*  
*mentum suum ordinaverit.*

De primo igitur sciendum est, testari posse  
quemlibet, qui jure prohibitus esse non repe-  
ritur *l. Statuas C. de Religios. & sumt. funer. Specul.in*  
*tit. de instrumen. edit. §. compendiose communiterque*  
*DD. Ecquænam verò personæ illæ sint, quibus*  
*testamenti factione lege interdicitur, ubi enu-*  
*meraverimus, non solum apparebit, tale quic-*  
*quam nihil in nostri testatoris piè defuncti p-*  
*sona*

## 8

## CONSULTATIO.

sona reperiri, verum etiam ex contraria & qua-  
si diametrali oppositione multò liquidius cō-  
stabit, omnia hic concurrere quæcunque jura  
in persona illius requirunt, qui testamentum  
suæve ultimæ voluntatis justam sententiam,  
secundum Jureconsulti definitionem in l. ff. *Qui*  
*Testam. facer. poss. extare* cupid. Primo autem à Te-  
stamenti factione servus arcetur l. *Filius familiās*  
*ff. Qui testam. fac. poss.* Ille namque nec se ipsum  
nec bona sua habet, immo pro mortuo repu-  
tatur l. *Quod attinet & l. Servitutem. ff. de Reg. jur.*  
*Qua* quidem in re licet a scriptitii servis æqui-  
parari posse videantur per l. *Ne diutius C. de Agri-*  
*col. & Cens. & arg. l. 2. C. In quib. cauiss. colon. cens.* ubi  
dicitur, q̄ bona domini, cuius & ipsi sunt, non  
alienent: Verior mihi tamen illorum sententia  
esse videtur, qui liberam a scriptitiis testandi  
facultatem concedunt idq; per text. in Aurbent.  
*Nunc autem, subjecta l. Si quis Presbyter C. de Episcop. &*  
*Cleric.* non obstantibus antea citatis legibus,  
quas de alienatione inter vivos, non autem de  
dispositione in ultimis voluntatibus accipien-  
das esse docet *Specul. d. tit. de Instr. edit. §. compendiosè*  
*num. i.* illa tamen limitatione adhibita, ut istud  
inter suos verum esse intelligat. Cæterū liberti  
testari aliter non possunt, quam si legitimam  
suis patronis portionem reliquerint toto tit.  
*Inst. de success. libert. l. liberti C. de bonor. poss. cōtratabul.*  
Sed

## TESTAMENTARIA.

Sed an vasallus aliquis de iis bonis, quæ in feudum recognoscit, sine voluntate atq; permis-  
su Domini testari potest? Fortiter illud negan-  
dum est per text. in c. 1. de prohib. feud. alien. per Lo-  
thar. & c. 1. de prohib. feud. alien. per Frider. §. Imperia-  
lem verb. Vel quocunque modo distrahere feu-  
alienare, vel pro anima judicare, sine permis-  
sione illius Domini, ad quem feudum spectare  
dignoscitur. Curt. Jun. de feud. in 4. part. princ. in 1.  
Reg. in pen. quest. & Socin. Jun. consil. 72. post. num. 4. &  
num. 12. & num. 40. lib. 1. et Bartol. Socin. Seni. consil.  
19. in 3. col. vol. 1. Jul. Clar. quest. 40. §. feudum junct. cap.  
donare Qual. olim feud. alien. poter. ibi. Bald. Alvar.  
post alios: Et ita tenet. Iohan. Rayn. in d. c. Imperiale  
§. habito col. 3. 20. de prohib. feud. alien. per Frideric. Ja-  
cob. in sua Investitur: in verb. & cum pacto quod de ipso  
feudo sub. numer. 5. Quod tantopere verum esse  
tradunt, ut etiam si res feudal is legata fuerit, æ-  
stimatio tamen illius non debeatur, sicut alias  
in re aliena legata deberi solet, ut per Bald. di. §.  
donare numer. 3. & Socin. Jun. consil. 72. numer. 60. lib. 1.  
ubi de communi, & consil. 74. num. 20. eod. volum. 1. &  
Curt. Jun. tract. de feud. in d. 4. part. num. 126. Secus ta-  
men est in fructibus feudi qui allodiales esse  
censentur, ideoque quando illi alienatur non  
dicitur alienatio feudi, quoniam separati fru-  
ctus alienantur per text. in l. in ædibus §. Ex rebus ff. de  
donat. Hinc vasallus potest gravare filium hære-  
dem,

dem, ut de vino, quod ex feudali vinea provenit, det omni anno pro anima sua Bald. in c. 1. de success. feud. quem sequitur Angel. de Clau. in sua summa in verb. feudum ibi Vngarell. num. 15. Quæ supra posita assertio, quod Vasallus infacio Domino ultimis in voluntatibus de feudo disponere non possit, ita vera est, ut, etiam si pater habens plures filios, vellet assignare in feudo plus unius ex filiis, quam alteri, vel in totum per testamentum relinquere, non tamen posset, proptera quod filii æqualiter debeant succedere Zas. de feud. in 8. part. vers. & hanc partem Ruyn. consil. 25. num. 13. ubi de cōmuni lib. 4. Alex. I. Apud Julianum §. Si quis alicui num. 4. in fin. delegat. Iohann. Rayn. in c. Imperialem 1. §. habitu col. 7. de prohib. feud. alien. per Frider. & Jacobin. de feud. in verbo & cum pacto nu. 2. Jul. Clar. §. feudum quæst. 40. & alii quamplurimi. Quod tamen de feudo paterno & antiquo, eoque vel mixto, vel ex pacto & providentia, quod pro se & filiis hæredibus receptum est, verum esse tradiderūt DD. Jul. Clar. quæst. 40. colu. 2. post Socin. Jun. consil. 72. lib. 1. num. 22. De hujusmodi namq; feudis in fraudem vel filiorum suorum vel agnatorum disponere non potest. Secus tamen est in feudo novo, quæ decisio est ipsius Feudistarum aurigæ Andreæ de Infern. in c. 1. num. 3. de alien. feud. patern. Quam dicit ab omnibus approbatam Sigismund. consil. feud. 52. num. 1. & de communi

ni.

ni opinione attestatur *Jul. Clar.* Secus etiam est  
in feudo simpliciter & absolute hæreditario,  
de quo testator, prout ei collibitum fuerit, dis-  
ponere poterit, & relinquere, cui voluerit,  
quoniam feudū illud est alienabile, & ad quos-  
cunq; hæredes etiam extraneos transitorium.  
Tale namque feudum est, quando pro se & he-  
redibus quibuscumque, vel quibus dederit, cō-  
cessum est, ut per *Bald.l.cum.virum post num. 21. C.*  
*de fideicommiss.* communiter approbatum, ut ait  
*Gigas de pensio. quest. 19. nu. 3. Jul. Clar. §. feudum quest.*  
*9. col. 1. vers. hoc. premisso,* ubi plures cumulat Do-  
ctores, & in *quest. 40. col. 1. vers.* Sed quia & *Socin. Jun.*  
*consil. 19.* Monachus etiam & Canonicus regu-  
latis, aliquique non habentes proprium volunta-  
tis arbitrium, à testamenti factione arcentur  
*Specul. d. tit. de Instrumen. edit. d. §. Compendiosè &*  
*idem Specul. in tit. de Stat. Monach. vers. 4. & seq.* Neq;  
ad faciendum testamentum admittitur ille, cui  
bonis à lege interdictum est. *l. Is. cui, ff. Qui testam.*  
*facer. poss.* A testamenti insuper factione remo-  
ventur hæretici *l. Manichæos C. de Manich.* & ij qui  
*de statu suo incerti sunt l. de statu ff. Qui testam. facer.*  
*poss.* Quid? quod filius familiâs, etiam patre per-  
mittente, testamentum, præterquam si castré-  
se vel quasi castrense peculium excipiatur. *l. fin.*  
*C. de inoffic. testam. condere non possit l. Tam is ff.*  
*Qui testam. facer. poss.* Quod ita verum esse *Specul.*  
*tradidit*

## CONSULTATIO.

tradidit d. §. Compendiosé num. 3. ut eorum sententiam veriorem sibi videri disertè affirmet, qui filium familiās in rebus adventitiis ita ipsi relictis, ne ad patrem perveniat ususfructus, testari non posse existimant. Quam communē esse conclusionem Doctorum post gloss. & Barto. in l. Qui in potestate ff. Qui testam. facer. poss. & in l. i. §. In filii ff. ad senatusc. Trebell. docet Sneid. super Inst. Tit. Quib. non est permis. facer. testam. in princ. num. 11. Impuberes etiam à testamenti factione prohibētur l. A qua etate ff. Qui testamen. facer. poss. §. Præterea Inst. Quib. non est permis. facer. testam. Neque furiosis & mente captis testari permittitur l. filius familiās §. Marcellus ff. Qui testam. facer. poss. c. fin. 10. de succ. ab intestat. Sicut & prodigi à testamenti factione excluduntur §. Item Prodigus Inst. Quib. non est permis. facer. testam. Taceo reliquos, quos specul. d. loc. ex ordine prolixè recēset, quos quidem omnes si recensere nunc vellem, Consultatio hæc in nimis magnum volumen mihi excreceret. Cùm igitur prædictum Nobilem Dominum Testatorem Civem fuisse Romanum, (quâ enim ratione servus aliqs, qui pro mortuo in Repub. Romana omnino habetur, nobilitatis possit esse particeps ? ut eadē ratione neque de hominis ascriptitii, neque de liberti conditione multum sit laborandum ) de bonis itemque suis propriis & allodialibus ( quo-

niam

niā in dubio res allodialis & non feudalis præsumitur Hostiens. in c. nimis de jurejurand. ubi Iohan. Andre. & Petr. de Anchor. & Cardin. & Imola, & alii scribentes, & in cap. fin. in verb. respondere x de judic. & probatur in c. i. ubi notant cōmuniter Feudist& si de feud. defunct. fuer. controv. inter domin. & agnat. vasall. in c. i. junct. gloss. 2. in tit. de controv. inter mascul. & fæmin. de benef. Curt. Jun. in consil. 108. num. 15. & consil. 140. num. 4. & consil. 184. numer. 1. 2. ubi hanc ait esse communem Gozad. consil. 7. & consil. 47. & consil. 50. & Bertran. consil. 15. volum. 2. Jason in prælud. feud. vers. item adde Chass. in consil. 16. nu. 3. Jacobin. de S. Georg. in suo tract. feud. in verb. & de castro vers. Item quero an castrum nu. 16. & in verbo dicti q<sup>3</sup> vasalli promiserunt. Felyn. in rubric. de appell. Alex. consil. 120. incipit ponderatis his volu. 1. allegat concordantes Castrenses. consil. 179. volum. 1. Brun. consil. 1. Deci. consil. 32. & consil. 269. & 413. nu. 7. & 468. nu. 6. & 588. & 424. Paris. consil. 23. & consil. 16. vol. 4. Alciat. tract. de Præsumt. in 2. regul. in 3. præsumpt. ubi ponit regulam quam reassumit Anton. Gabri. lib. 3. concl. 3. de feud. in suis commu. conclus. Bellon. consil. 90. nu. 9. ubi de communi attestatur & Jul. Clar. §. feudum quest. 8. Menoch. in 4. respons. in causa Finar. num. 36. Bald. in. cap. 1. de vasall. qui contra constit. Lothar. & c. i. Si de feudo fuerit controvers. inter domin. & agnat. vasall. Idem in l. libertas ff. de stat. hom. Myns. cent. 5. observ. 25. Ratio est, quia quando res est feudalis, dicitur servitutem quandam habere,

ut

ut notat gloss. in l. unius §. si ususfructus in verbo oportet  
ff. de usufr. & not. Bald. in c. i. circa ult. colum. de contro. de  
Investitur. & quælibet res præsumitur libera, ni-  
si de servitute probetur l. Altius C. de servit. l. fin.  
ff. eod. tit. Alex. consil. 15. vol. 5. & consil. 55. vol. 4. Refer t  
ac sequitur Petr. Nicol. Mozz. in suo tractatu novo de  
feudis cap. de naturalib. feud. num. 1. 2. 3.) voluntatem  
suam condidisse, neque talem fuisse hominem  
cui bonis à lege interdictum vel fuerit, vel in-  
terdici potuerit, neque hæreticum fuisse, nec  
Monachum, nec de statu suo incertum, neque  
filium familiâs, neque impuberem, neque fu-  
riosum, vel mente captum, neque prodigum  
neque ullo eorum defectuum aliquo, qui pro-  
hibent, quo minus testamentum quis facere  
possit & quos plenè persequuntur Doctores  
passim in Tractatu Testamentorum, laborasse,  
extra omnem prorsus dubitationis alciam sit  
positum, atque aliâs tralatitium sit & manife-  
stum, in dubio testandi facultatem in homine  
præsumi Alex. consil. 149. colum. penult. lib. 5. Corneus  
in consil. 204. lib. secundo Silvan. cons. 3. num. 65. Bald. in  
Authent. Omnes C. de success. Imol. in c. in presentia per  
illum textum x de probat. Abb. in c. cùm virum de regu-  
lar. Bald. cons. 264. ad finem lib. 1. Felin. & Dec. in d. c. In  
presentia. Gulielm. Bened. in repet. c. Raynurius in i. part.  
in versic. adjecte imuber. fol. 223. num. 91. Castrens. in l.  
sed si de sua §. in fin. ff. de acquir. hæredit. Ioseph. Mascard.  
de

## TESTAMENTARIA.

85

de acquir. hæredit. Joseph. Mascard. de probat. volum. 3.  
conclus. 1353. num. 9. quin facultatem habuerit  
potestatemque testamenti condendi Nobilis  
Dominus Testator, nemini in dubium venire  
vel potest vel debet. Accedit, quod in eodem  
suo testamento hæredem & successorem no-  
minaverit ac instituerit, quæ quidem hæredis  
institutio Testamenti caput est atq; fundamen-  
tum §. Ante hæredis Institutionem. Inst. de legat. Neq;  
est, qui negare vel dubitare saltem possit, cum  
hæredibus vel legatariis illis, quos in Testamē-  
to suo scripsit, esse Testamēti factiōneim, quod  
quilibet testabilis præsumatur per modō alle-  
gata jura, ut hac quoque ratione Testamētum  
illud de jure firmum justumq; censeri ac pro-  
nuinciari debeat. Et aliás Testamentum validum ac  
soleenne præsumitur l. Si post divisionem & ibi gloss. Bar-  
tol. Bald. Jas. & alii C. de jur. & fact. Ignor. l. si scriptum  
& ibi Bartol. C. de probat. Bald. in Authent. omnes pere-  
grini C. de success. Decius Consil. 11. & protenui num. 8.  
& in l. Ex his nu. 6. C. de testam. milit. Nevizan. consil.  
26. num. 8. Cephal. consil. 138. num. 11. volum. 1. Ratio  
est, quod in dubio semper tēstamento faven-  
dum sit, atque illud quacunque id ratione fieri  
potest, sustineri debeat l. si pars in princ. ff. de inoffi.  
testam. c. ultima 13. q. 2. l. ult. c. de posth. hæred. Instit. l. si  
q; hæredem in fin. c. de Instit. & substit. l. Cum antiqui-  
tas in princ. c. de testam. Alciat. de præsumit. reg. prim.

B

præ-

præsumt. 40. Oldrad. cons. 102. nu. 3. Bertaz. cons. civil. 86.  
nu. 26. consi. 102. nu. 3. lib. 1. Dec. consi. 284. volu. 3. Alex.  
consi. 74. num. 3. vol. 1. & consi. 227. num. 13. vol. 6. Ruin.  
consi. 8. num. 1. vol. 3. Cravett. consi. 73. Mascardus d. con-  
clus. num. 2. Hoc unum est, quod in controver-  
siam venit, utrum sæpe dictus Testator in Te-  
stamenti sui ordinatione debitas solennitates  
adhibuerit, & secundum juris civilis regulas  
testatus sit propter clausulam finalem isto in  
Testamēto appositam, iisq; ipsis, quæ jam sub-  
sequuntur, verbis conceptam autore quodam  
juris Doctore, cuius consilio in hac ultimè vo-  
luntatis ordinatione usus est: *In hujus rei fi-  
dem ac testimonium (inquit Testator) in calce scri-  
pturæ hujus sigillum meum imprimendum curavi, &  
quia per manū malè affectam ad scribendumq; hoc tem-  
pore parum idoneam mihi ipsi scribere non licuit, præsen-  
tem hunc juris utriusq; Doctorem NN. rogavi, ut ille meo  
nomine subscriberet; prætereaq; scripturā illam in charta  
involvi, atq; ita involutam sigillo meo munivi & obsi-  
gnavi, obsignatam Prætori & Scabinis tradidi, eosq; ro-  
gavi, ut ad acta illā reciperent, ac ibidem asservarent, &  
testimonium perhiberent aliquando, ea ipsa in charta,  
q; illis custodiendam tradidisse, ultimam meam extare  
comprehensam voluntatem, neq; scripturam hanc nisi  
post obitum meum aperirent, & me defuncto uxori  
meæ, & cuicunque opus foret, ipsam describendam da-  
rent. Postea Testamentum hoc illo die &c.*

Anno

Anno &c. Actis hunc ad modum , ut sequitur , fuit insinuatum : Illo die Anno &c. Nobilis & Strenuus Dominus NN. Testator Prætorem & Scabinos judicij in illo loco &c. novem numero ( quorum singula nomina apposita fuerunt ) domum suam in conclave inferius accersendos curavit, & corpore benè firmo , præterquam q̄ chiragræ doloribus correptus esset, stans ad mensam non solum per supra dictum Doctorem proposuit , verùm ipse etiam sēpe numero repetiit, scripturam hanc ultimam suam voluntatem , & quid post obitum de bonis suis fieri vellet , continere , majorem in modum ab ijs precatus, ut actis illud Testamentū suum insinuatum asservarent, & nemini præterquam ipsi sibi, si quando in vita adhuc petiturus esset , à morte autem sua exemplum illius uxori suæ & proximis Consanguineis ad petitionem ipsorum impertirentur. Id quod nos supranominati (intellige Prætorem ac Scabinos) ad majorem rei fidem ac testimonium nos ita facturos, ac testatoris voluntatem , q̄ à nobis & diligentissimè & fidelissimè fieri poterit , executuros sanctè politici sumus. Cæterum Authentica ipsa sive Originalis ut loquuntur, scriptura penes acta perpetuò asservabitur nec unq ab ijs separabitur. Quæritur nunc, quoniam testes nullos ad Testamenti sui factionem testator adhibuit, sed actis duntaxat illud insinuavit , an non sit de jure testamentum istud nullum.

## ARGUMENTA.

B 2

Pro

**P**ro parte negativa , quod testamentum hoc , licet actis illud insinuatum esse detur , tamen , quoniam testes nulli fuerunt adhibiti , & aliæ insuper quædam solennitates non intervenerunt , tanquam nullū non valeat . Quòd autem prædictus Dominus Testator solennitates eas , quas jura requirunt , ad testamēti sui factiōnem non adhibuerit , ex sequentibus patebit rationibus .

I. Argu-  
mentum.

Primò enim si Testamentum Domini Testatoris quo de controversia est , valet , aut ut testamentum scriptum , aut ut testamentum nuncupativum , quod testatoris viva voce voluntatem suam corā testibus nuncupantis cōficitur , valebit , quoniam hæc summa est Testamentorum divisio , ut constat ex l. Hac Consultissima in princ. & §. per nuncupationem C. de testam. & §. fin. Inst. eod. tit.

Et de Testamento scripto tantò accurasier instituenda erit disquisitio , quantò magis ex apposita clausula intelligitur , testatorem voluisse scriptum testamentum condere .

Ut enim alia multa , quæ illud ipsum docere possent , silentio præteream , testator voluntatem condendi in scriptis testamēti eo satis manifestam perspicuamq; reddidit , quòd distinetis aliquot vicibus testamentum illud Scripturam appellavit , tūm quòd scripturæ isti sigillum

gillum sese suum imprimendum appendendumq; curavisse, tūm quōd illam se scripturam chartaceo texisse involucro, tūm quōd scripturam sese illam Prætori & Scabinis tradidisse, tūm verò etiam quōd istam sese scripturam nō nisi post mortem suam aperiri velle affirmavit. Jam igitur videamus, exēne fuerint adhibitæ solennitatis, quas in scripto Testamento requiri Imperatores Theodosius & Valentinianus edixerunt. Quam ad rem saluberrimæ illius constitutionis verba in d. l. Hac consultissima in medium proferamus: *Hac consultissima, inquit Imperatores, lege sancimus, licere per scripturam conscientibus testamentum, si nullum scire volunt ea, quæ in eo scripta sunt, consignatam vel ligatam, vel tantum clausam involutamq; proferre scripturam vel ipsius Testatoris, vel cuiuslibet alterius manu cōscriptam, eamq; rogatis testibus septem numero civibus Romanis puberibus omnibus simul offerre signandam & subscribendam: dum tamen testibus præsentibus testator suum esse testamentum dixerit quod offertur eiq; ipse coram testibus sua manu in reliqua parte testamenti subscripte-rit. Quo facio & testibus uno eodemq; die ac tempore subscribentibus & consignantibus testamentū valere, nec ideo infirmari, quod testes nesciant, quæ in eo, scripta sunt testamentio. Quod si litteras Testator ignoret, vel subscribere nequeat, octavo subscriptore pro eo adhibito ea-dem servari decernimus. In omnibus autem testamentis,*

quæ præsentibus vel absentibus testibus dictantur, superfluum est uno eodemq; tempore exigere testatorem & testes adhibere, & dictare suum arbitrium, & finire testamentum: sed licet alio tempore dictatum scriptumve proferatur testamētum, sufficit uno tempore eodemq; die, nullo actu extraneo interveniente, testes omnes, videlites simul nec diversis temporibus subscribere signareq; testamentum. Finem autem testamenti subscriptiones & signacula testium esse decernimus. Non subscriptum autem a testibus ac non signatum testamentum pro infecto haberi convenit.

Hact. Imp. Inter cæteras in hac lege proprias scripti testamenti solennitates has quoq; exigi ac præcipi intelligimus, primùm ut septē testes cives Romani puberes rogérur. Ad Testamentum verò hoc suū Testator noster nullos omnino testes adhibuit; Id quod evidens testamenti ritè solenniterq; non confecti argumentum suppeditat. Deinde requiri constat, ut coram iis testibus testator sua manu testamento subscribat; Etsi verò per alium testatori subscribere liceat, id tamē coram testibus fieri debet. Testator autem noster per supra dictum Juris Doctorem ultimæ voluntati sūx priùs subscriptus, quàm de ea ad testes relatum fuit. Unde novus Testamenti defectus emergit, minimeq; coacta consecutione, eo itemq; nomine Testamentum Domini Testatoris

toris de jure consistere nō posse, infertur. Tertiò Imperatores efflagitare perspicimus, ut testes subscribant & signent Testamentum, huic verò Testamēto Domini Testatoris testes subscribere vel signare illud non potuerunt, quia nulli, ut supra dictum est, fuerūt adhibiti. Non entis enim nullæ sunt qualitates, aut ut maximè adhibitos fuisse largiremur, neque subscripsérunt tamen ii, neque obsignarunt testamētum, cùm tamen illa conjunctim ab Imperatoribus requirantur. Unde Testamentum hoc Nobilissimi Domini Testatoris pro infecto haberi convenit, quæ sunt ipsa Imperatorum verba in d.l. *Hac consultissima.* Ex quibus omnibus haud difficile erit intelligere, Testamentum illud solennitatibus Testamenti scripti destitutum pro Testamento scripto jura minimè recipere, ideoq; non secus habendum esse, ac si nunquam extitisset. Perinde enim est aliquid jure non fieri, vel omnino nō fieri vulgat. l. *Quoties ff. Qui sat is d. cog. & l. i. §. pen. ff. Quor. legat.* Videamus nunc porrò, quòd si Testamentum Domini Testatoris, tanquam testamentum scriptum de jure subsistere non potest, sicut illud insirmum & tanquam non factum censendum esse hactenus à nobis demonstratum est, an saltem Testamenti Nuncupativi vires roburque obtinere & possit & debeat. Et quanquam magni

B 4 nomi-

nis eximiæque autoritatis Jureconsulti nonnulli doceant, si Testamentum ut scriptum valere non possit, saltem ut nuncupativum illud valere, hactenus tamen id procedere existimandum est, quando manifeste non constat, Testatorē in scriptis testari voluisse, & præterea Testamenti nuncupativi requisita intervenerunt. Ita sentit. Bartol. in l. fin. ff. de jur. Codicill. & Cyn. Alex. & Jason. in l. Haç consultissima §. Per nunciationem C. de Testam. & Angel. & Immol. in l. i. §. Sin autem ff. de hæred. instit. & Alexand. in consil. 176. col. 2. in 5. vol. & in consil. 113. in tert. volum. & Paul. de Castr. in consil. 415. Socin. in consil. 142. Ref. rt & sequitur Marant. de ordin. judic. 4. part. distinct. 9. num. 88. & 95.

Sic in simili argumentando à contractu ad ultimam voluntatem quando contrahentes in scriptis & sine scriptis contrahere potuerunt, viamq; in scriptis contrahendi elegerunt, non valet ut contractus sine scriptura l. Contractu & ibi Bald. col. 1. in fin. C. defid. Instrum. ubi plus dicit Baldus, eo ipso quod partes dicunt habeamus Notarium, ut conficiat scripturam de contractu, censi velle contrahere in scriptis, sic quidem, ut duntaxat antè scripturam illas pœnitire possit, ut habetur per Matth. de Afflict. in decis. 39. consil. Neapol. vers. 3. Quam tamen assertionem Baldi in d. l. Contractus C. defid. Instrum. tum demum procedere arbitratur Marant. d. loc. num. 97. cùm expres-

pressè apparet partes in scriptis cōtrahere voluisse , jam verò ex iis quæ supra in medium à me allata sunt satis superq; cōstat, Nobilissimū Dominum Testatorē non eam sibi voluntatem habuisse propositam , ut Testamētum aliquod nuncupativum conderet , sed potius ut scriptum Testamentum faceret; cuius quidem voluntatis suæ haud obscuram , sed manifestis argumentis disertisq; verbis comprobatam reliquit significationem. Et verò Testamentum nuncupativum Dominum Testatorem non ordinasse id quoq; argumento est , quod voluntatem suam coram Prætore & Scabinis haud nuncupaverit , neque nominaverit eos , quos hæredes bonorūmve suorum successores esse voluit; id quod tamen ad Testamenti Nuncupativi formam pertinetd. §. Per nuncupationem l.  
Hac consultissima C. de Testam. & d. §. fin. Instit. eod.  
tit. ibijs communiter Doctores. Neque verò levem IIII. Argu-  
duditandi occasionem præbet, quod Dominus mentum.  
Testator Testamento suo sigillum quidē ap-  
penderit , sed manū tamen sua non subscri-  
pserit , vel certè si per chiragram illud facere  
non potuerit , cur eo ipso tempore , quo chira-  
græ cum doloribus conflictans ad scribendum  
parum idoneus erat , voluntatem istam suam  
scripto comprehendì , & à Doctore subscribi  
voluerit , quamobrem tam diu non distulerit,

*III. Argumentum.*

donec aut omnino à chiragræ morbo liberatus fuisset, aut aliquam saltem ad subscriptionem sufficientem remissionem sensisset, cur itemq; toto illo decennio, quod post conditum testamentum supervixit, manusq; interea sæpè liberas ac parum impeditas habuit, de certiori aliqua dispositione atque adeo de subscriptione ipsa minimè cogitaverit, item cur apud Judicem incompetentem, cuius ipse jurisdictioni suppositus non erat, suæque conditioni ac dignitati admodum imparem, testamētum illud deponere voluerit, cùm tamē aliorum Judicium, qui dignitate & statu ei pares erant, & quorum actis voluntatem insinuare suam potuisset, potestas ipsi facultasque daretur, item q; cùm unico actu coram vocatis & præsentibus testibus absq; omni periculo simul & subscribere & signare potuisset testibus præsentibus voluntatē suam non consignaverit, quod vel puncto temporis fieri potuisset. Non igitur injuria (licet de fide Doctoris nihil quicq; sit ambigendum) dubitare alicui in mentem veniat, utrum ea schedula, quæ præsentibus Scabinis fuit exhibita, sit illa ipsa numero, quam testator antehac obsignaverat.

Etiam si verò ii solennitatum defectus, quos hactenus recensuimus, eo purgari posse videātur, quod coram actis illud Testamentum conditum

ditum sit, hujusmodi autem Testamentum omnium testamentorum solennitatem supererit. *l. omniū C. de testam.*; negandū tamen videtur hoc ipsum testamentum, quod in disceptationem vocatur, coram actis esse conditum. Etenim in *Argumen-*  
hujusmodi testamento requiritur, ut testator *tum. IV.*  
voluntatē suam coram actis publicet; & manifestet, id quod ipsi Imperatores in d. l. *Omniū li-*  
*tis perspicuè testantur, cùm Omnia, inquit,*  
*testamentorū solennitatem superare videtur, quod inser-*  
*tum mera fide precibus inter eōt nobiles probata s̄q; perso-*  
*nas, etiam conscientiam principis tenet. Sicut ergo securis*  
*erit, q̄ actis cuiuscunq; Judicis, aut Municipum, aut auri-*  
*bis privatorum mentis suæ publicavit judicium &c.*

At vero Dominus Testator non publicavit mentis suæ judicium, Judici ac Scabinis voluntatem suam non manifestavit, nec publicè notam fecit, quoniam schedulam sive scripturam suam clausam & obsignatā Scabinis proposuit, neq; aliud quicquam ab iis petiit, nisi ut Testamentum suum actis insinuatum ibidem asservarent. Quid? quod in eadem d. l. *Omniū per Supplicationem Principis auribus intimari oportere dicatur, quod non nisi per voluntatis nuncupationem ac manifestationem fieri posse tam exploratum est quam quod exploratis-*  
*simum.*

Unde iterum evincitur, testamentum,  
quod

quod coram actis conditur, duntaxat nuncupativum esse; At verò Nobilissimus Dominus Testator non condidit Testamentum nuncupativum quemadmodum supra diligenter copioseq; demonstratum fuit. Quia igitur ratione Testamentum coram actis condidisse dici posit?

*Argumentum.*

Quod iterum Testamentum hoc de jure nullum esse dilucide ostendit; præsertim cùm ab expresso textu *d.l. Omnia ad Doctorum auctoritatem adque doctrinam, quæ sine textu & ratione, immò contra textum loquitur, minime discessionem facere debeamus per tradita in l. Illam C. de collat.* Et sanè ex tota tractatione Testatoris coram Judice & Scabinis habita sat is videre est atque colligere, non voluisse Testatorem coram ipsis Testamentum condere, sed antea conditum tantum insinuare. Sæpe namque laudatus Dominus Testator ne minimum quidem argumentum præbuit, quod coram Judice & Scabinis testari voluerit, sed insinuare duntaxat conditum testamentum ei fuit propositum. Jam verò certum est, neq;ullo unquam texu juris aliter doceri potest, Testamentum sola insinuatione non confici. Unde neque ipsius ordinationis Testamenti, neq; Insinuationis actum constare posse iterum evincitur. Ille namque ideo nō valet, quod non solum

solùm apud acta Testamentum conditum non sit, verùm etiam quòd debitæ & de jure requisi-  
tæ solennitates non fuerint adhibitæ, poste-  
rior actus non valet, nisi certum sit Testamen-  
tum illud antea cōstare, & secundū regulas ju-  
ris confectum esse. Nec est cur in mentē alicui  
veniat, binos illos actus cōjungendos esse, per-  
indeq; habendum, ac si uno simul tempore ge-  
sti fuissent, & quod solennitatis in uno desit, id  
ab altero suppleri oportere, sicque si seorsum  
actus illi non valeant, at certè conjunctim va-  
lere. Nam huic vulgaris regula reclamat, quòd  
Testamentum uno actu unoq; contextu fieri  
debeat, sin minus, nullum esse Testamentum

d.l. *Hac consultissima in princ. & §. Per nuptiationem.*

Porrò ut maximè concedamus, posse etiam in *Argumen-*  
*scriptis* Testamentum apud acta condi, acta ta- *tum. VI.*

men supplere testium numeri solennitatem  
prolixè probat *Schurff. cent. 1. consi. 77. num. 1. & 2.*  
At verò Dominus Testator neque per se neque  
per Doctorem voluntati suæ coram actis sub-  
scripsit, quod fieri oportebat ex ea ratione, q  
acta testes repræsentent. Ergo hoc quoque no-  
mine Testamentum illud nullum dicendum  
fuerit. Cui rei fidē facit, quòd Imperatores  
omnium testamentorū SOLENNITATEM non  
autem SOLENNITATĒS scripserunt, ut de ni-  
hilo afferatur, hanc quoq; omisssæ subscriptio-  
nis

nis coram actis solennitatem per insinuationem ad ea suppleri.

**Argumen-**  
**tum VII.** Neque sufficienti deductione probatū fuit, in eo testamento, quod coram actis conditur, testes necessariò non requiri. Requiri enim testes Præstantissimi Jureconsulti docuerūt. *Actus in d.l. Omnium Bartol. Bal. Alexand. & alii, quos adducit Mynsing. cent. 6. observ. 29. num. 2.* Et communem hanc opinionem esse post alios testatur Laurentius Kirchovius in *Thesaur. commun. opin. litt. T. verb. Testamentum coram Principe.* Id que ex ipso etiam textu *d.l. Omnium probari videtur verb. inter tot nobiles probatasq; personas.* Cùm autē aliās glossæ autoritas ex imia sit, **A D E O U T**  
**E T I A M C O M M U N I O P I N I O N I D D . A N T E -**  
**F E R R I D E B E A T Bar. in l. ut vim. nu. 8. fin. ff. de just.**  
**& jur. Bald. in l. i. in fin. ff. de vulg. & pupill. subst. Alexan.**  
**pulcrè conf. 55. nu. 10. vol. 4. Incip. perspectis his. Curt. Sen.**  
**confi. 42. nu. 16. Incip. Quia inquit per allegat. Gail.**  
**lib. 1. observ. 153. nume. 7. ejusque hoc cum primis**  
in casu ideo ratio habenda esse videatur, quòd  
in regula communi quā septem testes ad testamentum necessariò requiri traditur, quæ  
quoque regula ne in eo quidem testamento,  
quod coram actis conditur, sublata esse us-  
piam reperitur. *C. quod autem sublatum non est, cur*  
*stare prohibetur l. Sancimus C. de Testamen.* & *l.*  
*Principimus C. de appell. tanquam in fundamento*  
quo-

quodam firmissimo imitatur, quis queso te per  
Deum immortalem inde non inferat, ad il-  
lud itemque testamentum, quod coram actis  
conficitur, testes necessario adhiberi oportet?  
Porro illius sententiæ fundamētum, quod *Argumen-*  
*testes necessariò non requirantur in eo testa-* *tum.VIII.*  
mento, quod coram actis conditur, frustra po-  
nitur *in l. sancimus C. de Testam.* ubi Justinianus  
Imperator scribit testamentum prius per po-  
sterius æquè solenniter ordinatum, vel perso-  
lam contrariam voluntatem in actis, vel coram  
tribus testibus, declaratam cum transcurso de-  
cennii ex tempore facti prioris Testamēti tol-  
li. Ibi enim in revocatione Testamēti sola acta  
non sufficiunt, sed etiam decennii lapsus re-  
quiritur, ut reliquus testium numerus vel tota  
illius testium numeri solennitas compleatur.  
Sicut ergo in revocatione Testamēti acta non  
sufficiunt; sic nec in ordinatione testamenti so-  
la sufficere acta videntur, aut quæ ratio foret,  
quamobrem in revocatione sola acta non suf-  
ficerent, in ordinatione autem sufficeret? Præ-  
sertim cùm nihil tam naturale sit, quam ut quo  
quidq; modo colligatū est, eodem etiā dissol-  
vatur *l. Nihil tam ff. de Reg. jur.* Quid? q; ex quorun-  
dam Doctorum sentētia in publico Judicii lo-  
co, & qdem coram majore Judice testamētum  
sit conficiendum, si modò pro testamento co-  
ram

*Argumen-*  
*tum.IX.*

## CONSULTATIO

ram actis condito haberi debeat, in qua sententia esse evidetur Bursat. consil. 307. num. 133. & seq.  
& Roland. à Vall. consil. 70. num. 28. vol. i.

At verò domi suæ intra privatos parietes Nobilissimus Dominus Testator coram Judice & Scabinis Testamētum suum condidit, sed non condidit, verùm insinuavit, at ne insinuavit quidem, sed tantùm apud illos depositum. Accedit his omnibus ad extremum, quod acta constituant non tantùm locus judicii aut persona judicis, sed utrumque, id quod ex verbis *actis cuiuscunq; judicis d. l. omnium* manifestè patet. Atqui Testator noster eoram Judice & Scabiniis extra locum judicii testamētum suum duntaxat protulit, ut apud eos deponeret, tantum abest, ut consideret, aut, etiamsi condidisset, q; extra locum judicii tota ista actio fuit celebrata, nihilominus tamen testamentum illud infirmum foret.

Hæc sunt negativæ partis fundamenta subtiliter illa quidem certè & acutè admodū tum à veteribus tum à recentioribus quibusdā Jurisconsultis excogitata, sed à practica forēsi, meo quidem judicio, paulò remotiora: Recensebimus nunc & affirmativæ partis argumenta, ut utrisque juxta se positis clarius quedam ad veritatem indagandam lux nobis præfulgeat.

AR-

ARGUMENTA PARTIS AFFIRMATIVÆ, QVOD TESTAMEN-  
tum Actis judicis insinuatum absq;  
testibus valeat.

CÆTERUM pro fundamento sententiæ Argumenti affirmativè assumo primum d.l. *Omnium tum. I. C. de Testament.* ubi ita scribunt Imperatores: *Omnium Testamentorum solennitatem superare videtur, quod insertum mera fide precibus inter tot nobiles probatasq; personas etiam conscientiam Principis tenet. Sicut ergo securus erit, qui actis cuiuscunq; Judicis, aut Municipum, aut auribus privatorum mentis suæ postremum publicavit judicium: Ita nec de ejus unq; successione tractabitur, q; nobis mediis, & toto jure, quod in nostris scriniis est constitutum, teste succedit. Nulla hîc solennitatum illarum fit mentio, quas d.l. Hac consultissima tam in testamēto scripto, quam in Testamento nuncupativo requirit, nihil hîc de testibus ipsis, nihil de illorum numero, nihil de ipsorum subscriptione ac cōsignatione, nihil de testatoris vel pro eo octavi testis adhibiti subscriptione coram testibus rogatis & adhibitis, vel, si qua est ejusdem generis, solennitate alia affertur, altum de his omnibus silentium est, & nihilominus tamen Testamētum coram Principe & actis conditū, omnium testamentorum solennitatem superare videri*

C affirma-

affirmatur. Quod argumento est, iis solennitatis  
tibus minimè opus esse in iis testamentis, quæ  
coram Principe & actis ordinantur, vel etiam  
insinuantur. Etenim si solennitates istas omnes  
hujusmodi in testamentis necessariò adhiberi  
oportere credidissent Imperatores, speciatim  
id utique expressuri fuissent. Et verò obsecro  
te per Deum quæ foret dubitandi ratio, pro-  
pter quam Imperatores legis hujus decisionē  
fancire necesse habuerunt, si eadem solenni-  
tates omnes, quas cætera testamenta requirūt,  
hīc quoque in ea testamenti specie, qua de nos  
Argumen- loquimur, necessariò adhibēdæ essent? Quid?  
tum.II. quòd in re manifesta, ubi clarissima legis verba  
in promptu sunt, nullus dubitationi locus re-  
linqui debet *Bald. in l. Ancillæ. C. defuit.* Jam Te-  
stamentum hoc, quod coram Principe & a-  
ctis ordinatur, omnium Testamentorum so-  
lennitatem superare videri dicitur ab Impera-  
toribus in hujus nostræ legis textu, *Si Omnium,*  
Ergo Testamēti tam solennis sive scripti, quām  
nuncupativi, tam pagani, quam militaris, qui  
enim omne dicit nihil excipit. Et sane si in Te-  
stamēto vel scripto vel nuncupativo Testamē-  
tum hoc includeretur, ita ut solennitates eas  
omnes, quas ista testamēta exigūt, adhiberi ne-  
cessē esset, q̄ foret illa solennitatū hyperoche  
Argumen- & superans q̄dam, cuius Imperatores memine-  
tum.III. runt,

runt, pleonexia ac eminentia? Ecquāiam inq̄ ratione, si necessariò adesse oporteret istorum Testamentorū solennitates in eo, quod actis insinuatur, Testamēto, vinci eę ac superari possent, cùm superare nota majoris sit, idq; q̄ suparat, ab eo, quod superatur, diversum, distinctum, atq; separatum esse debere, quoniā nihil vincitur à se ipso, nō obscurè, sed clare & aperte dicitur naturalis ratio, quæ per se ipsa pro lege est: Legē namq; quærere ubi naturalis ratio est, infirmitas est intellectus ut ex Aristotelis autoritate docuit *Tiraquell. in tract. cessante causa in 1. limit. nu. 67. cum. seq?* Quod conclusionē interfert prorsus ametableton solennitates eorum, quæ dixi, Testamentorum in illo, quōd adacta insinuatur, Testamento, necessariò non requiri. Aliás enim legi nostræ minimè satis fieret, ubi omnium Testamentorum solennitatem id, quod Principi insinuatur, vel alterius cuiuscunque judicis actis, superare expressè affirmatur. Haud leve insuper ad sententiam nostram momētnm affert illud, quod *tum. V.* Imperatores Honorius & Theodosius *m. d. l.* *Omnium C. de Testament.* ut paria æquiparent, vel quod Testamentum fiat apud acta, vel coram auribus privatorum, & sic coram septem testibus. Ajunt enim Imperatores: *Sicut securus erit, qui actis cuiuscunque judicis, aut Minicium,*

cipum, aut auribus privatorum mentis suæ postremum publicavit judicium: ita nec de ejus unq; successione tractabitur, qui nobis mediis, & toto jure, quod in nostris scriniis est constitutum, teste succedit. Ex æquipollentibus autem sive paribus utrum præstetur, nihil interest, sicut argumentatur Mynsing. cent. 6. observ. 29. num. 5. q; paria sint, an aliquid impleatur formaliter vel æquipollenter, & æquipollentium eadem sit disciplina & idem judicium text. in Clem. exivi §. ut autem de verb. signif. tex. in c. licet §. testes autem de testib. & in c. tua de consanguin. & affinit. gloss. ibidem in verbo æquipollentibus text. in l. Si mater junct. gloss. in verb. sua causa C. de Inst. & subst. Gail. lib. 1. observ. 2. num. 3. cum seqq. Præterea **Argumen-** in l. sancimus C. de Testam. acta & testes disjuncti-  
**tum. VI.** vè sive alternativè, inter se se apponuntur. Al-  
ternativa autem proprie & strictè accepta hu-  
jus est naturæ atque potestatis, ut, cum duo à  
se se disjungit & segregat, tunc ad implendam  
dispositionem alterum intervenire sufficiat.  
l. Illud aut illud ff. de constit. pecun. & l. cùm illud aut il-  
lud. ff. quand. dies legat. ced. & l. Si hæredi plures ff. de  
condit. Inst. Idcirco cùm Testamétum insinua-  
tur actis, non necesse est testes intervenire, aut,  
si conjunguntur acta & testes simùlq; concur-  
**Argumen-** runt, aliquid superfluum admittitur. Accedit,  
**tum. VII.** quòd supra enumeratæ testium solennitates  
ideo in Testamentis requiruntur, ut tantò ma-  
jorem sinceritatem illa obtineant, nec fraus a-  
liqua-

liqua sive impostura circa ea committatur §. sed  
bis omnibus Inst. de Testam. Ordinand. At verò cùm  
Principi Testamētum aliquod insinuatur, nul-  
la omnino fraus est metuenda, QVONIAM  
PRINCEPS PRÆSUMITUR JUSTITIÆ  
PLENUS l. 2. §. Merito & §. si quis à Principe ff. ne qd  
in loc. publ. l. ex facto in princ. ff. de vulg. & pupill. substit.  
Bald. consil. 395. pro Domino Dinaldo col. 1. ad fin. vol. 2.  
Cald. cons. 1. col. 1. in tit. de trāslat. præl. Bertaz. cons. civil.  
124. num. 12. Cravett. de antiquit. temp. part. 1. cap. 2. in  
princ. & consi. 5. num. 2. Alciat. de præf. reg. 3. præsumpt. 8.  
& nunquam præsumitur Principi  
aliquid placere, nisi quod iustum &  
verum est. l. fin. C. si contr. Inst. vel utilit. publ. l.  
Digna vox C. delegib. vult enim omnes suos  
actus regulari à iustitia poli & fori  
Bald. in l. 1. num. 1. ff. de const. Princ. Jas. ibid. num. 3. De-  
ci. consi. 151. num. 1. Incip. maximi ponderis Gail. lib. 1. ob-  
serv. 14. num. 6. ac ideo Principis cuiuscunq; assertioni re-  
gulariter standum est: Menoch. consi. 1. num. 8. & consi.  
100. num. 19. Jas. consi. 65. Redemtoris crucifixi col. 3. vers.  
2. principaliter vol. 5. Alex. consil. 16. volum. quint. Ja-  
cobin. à Sancto Georgio in tractat. de feud. §. sed an  
Princeps obligetur num. 9. qui omnes loquuntur in Prin-  
cipibus Secularibus inferioribus, qui superiorem recogno-  
scunt Socin. senior consi. 27. In præsenti consultatione nu.

## CONSULTATIO

4. volum. 3. extendit id ad omnes Principes, & habentes  
 Jura principis. Ruin. consi. 228. num. 6. volu. 1. Natt. consi.  
 487. numer. 39. volum. 3. Socin. Jun. consil. 65. numer. 10.  
 consi. 66. numer. 6. volu. 1. consi. 92. nu. 2. volu. 2. & hanc  
 opinionem veluti magis communem ample-  
 citur Anton. Gabr. tit. de probat. conclus. 2. num. 18.  
 Vid. Joseph. Mascard. tit. de probat. vol. 3. conclus. 1227.  
 num. 23. & volu. 1. conclus. 139. per tot. Et de insinua-  
 tione ad acta quod nulla ibi fraus sit pertimes-  
 cenda, exprefse scribunt Cravett. consi. 114. num.  
 2. Menoch. consi. 73. numer. 20. volu. 1. Alci. reg. 1. præ-  
 sumt. 21. Anchoran. consil. 1388. num. 16. Cessante au-  
 tem fine dispositionis cessat & dispositio, c. cum  
 cessante de appellat. l. Generaliter C. de Sacros. Eccles. l. 1.  
 iu fin. ff. de donat. & l. adigere §. quamvis ff. de jur. patrō.  
 Gail. li. 2 obfery, 85. nu. 3. At finis dispositionis circa  
 testium solennitates in eo positus est, ut frau-  
 dibus ac fallaciis, quæ facile alioqui strui & pa-  
 rari poterant, omnis ansa præcidatur. His igi-  
 tur fraudibus, his technis ac fallaciis cessanti-  
 bus, omniisque ad eas aditu præcluso in insinua-  
 tione, quæ fit ad Principem vel ad acta, cessa-  
 tionem, quæ fit ad Principem vel ad acta, cessa-  
 Argumen-bunt meritò & ipsè testium solennitates. Et si-  
 rum. VIII. cur in donationis inter vivos, quæ quingen-  
 torum aureorum suminam excedit, ad acta in-  
 sinuatione, necessarium non est testes adhij-  
 bere, quod SUPERFLUUM SIT PRIVA-  
 TUM TESTIMONIUM, CUM PUBLICA MO-

N 11

NUMENTA SUFFICIUNT. *l. in donationibus 31.*  
C. de donat. ubi Imperator Zeno in donationibus,  
inquit, quæ actis insinuantur, non esse necessarium  
judicamus vicinos vel alios testes adhibere. Nam su-  
perfluum & privatum testimonium, cum publica mo-  
numenta sufficiunt: Sic in insinuatione ad acta  
Testamenti alicujus ex eadem illa ratione,  
quod superfluum sit privatum Testimonium,  
cum publica monumenta sufficiunt, testibus  
opus non erit. Quæ namque in ratione dis-  
positionis juris conveniunt, ea in ipsa quo-  
que juris dispositione concordare notum est  
per ea quæ tradunt D.D. *in l. à Titio ff. de verbor.*  
*obligation.* Bald. *in l. Omnes populi colum. 17. ff. de*  
*just. & jur. Jas. in l. 1. §. Item acquirimus in 10. notab.*  
*ff. d. acquir. poss. ubi ratio eadem conjunctio di-*  
*versorum casuum ad eundem finem tenden-*  
*tium dicitur. Quod vel maximè in mate-*  
*ria favorabili locum sortitur per Notat. in C.*  
*Rodolphus ubi imprimis Panormit. colum. 7. de Rescript.*  
*Alexand. consil. 248. Ponderatis colum. penult. ver-*  
*sic. Pro quo etiam facit volum. 6. Qualis est hæc no-*  
*stra materia arg. leg. in Testamentis 12. ff. de Reg.*  
*Jur. & l. 1. C. de Sacros. Eccles. Et si in contra-*  
*cibus inter vivos, qui coram actis celebra-*  
*tur, nō necesse est testes adhibere, ppter pub-*  
*licum testimonium, cur id non multò magis li-*  
*geat in ultimis voluntatibus per ea quæ notant*

C 4

DD.

DD. in text. tit. Inst. de leg. Fus. Canin. tollend. in verb. cùm satis fuerat inhumanum vivos quidem licentiam habere totam suam familiam libertate donare, nisi alia causa impedit libertatem, morientibus autem hujusmodi licentiam adimere? Non obstat, quòd Bartol. & Alex. de Imol. in d.l. Omnia C. de Testam. aliiq; nō nulli, qui illos sequuntur, distinguunt inter actus, qui de sua natura sunt expediendi in judicio, & inter actus, qui per suam naturam in judicio expediēndi non veniunt, quasi in illis regula proposita in d.l. In donationibus C. de donat. quòd acta judicii nō requirant testes, cùm frequentia hominum semper adesse præsumatur, locum inveniat, in his verò testes requirantur. Regula enim illa loquitur in tali casu, qui ex sua natura in judicio necessariò peragendus non venit, in donationis videlicet inter vivos, quæ quingentorum aureorum summam exceedit, insinuatione, quam etiam, extra locum judicii fieri posse tradiderunt DD. sicut infra demonstrabitur: Et tamen necessarium non esse vicinos vel alios testes adhiberi, sed superfluū censeri testimonium, cùm publica monumenta sufficient, responderunt Imperatores, sic ut frustra Bartol. & Alex. de Imol. aliique ipsorum a seclæ distinctionis illius refugium arripuerint.

*Argumen-* Deniq; hanc opinionem, quòd Testamen-  
*tum. X.* tum factum coram Principe aut apud acta in-  
ferio-

terioris judicis absq; ullis testibus valeat, usū  
& practica servari testatur Schurff. in consil. 77. 1.  
cent. & in 71. consi. 2. cent. Jas. ad d. l. omnium C. de Te-  
stamen. Boër. 228. decis num. 3. Ricard. Malumb. Raph.  
Fulgos. Castrrens. & Jas. in d. l. In donationibus & l. sanci-  
mus C. de Testam. Ferrar. in form. libell. quo petit. hæred.  
& testam. gloss. 6. nume. 6. Fulgos. & Castrrens. ad d. l. O-  
nium. Sneid. super Instit. tit. de Testam. ordin. in doctrinæ  
de solenni Testamento num. 17. Et Testamentum fa-  
ctum in præsentia Principis valere, etiamsi o-  
mnes in eo solennitates omisseq; sint, scribit Pre-  
stantissimus Lagus in Method. utriusq; juris traditio-  
ne part. secund. cap. 62. num. 30. Ac conclusionem, quod  
regulariter septem testes regrantur ad probandum testa-  
mentum l. si unus d. l. Hac cōsultissima l. in testamento &  
l. fin. c. de testa. §. fin. ibiq; DD. Inst. de Testam. Boër. d. de-  
cis. 228. in princ. Covarr. in c. cum esses de Testamen. Jul.  
Clar. sentent. lib. 3. §. Testamentum quest. 56. Tiber.  
Decian. resp. 21. num. 46. volu. 2. Dec. conf. 285. in princ.  
Tobias Nonius in d. §. fin. Inst. de Testamen. Mich. Crass.  
in tract. de success. §. Testam. q. 54. per tot. non procedere  
in Testamento, quod coram Imperatore factum est, quod  
hujusmodi voluntas per preces Imperatori oblatas probe-  
tur, per d. l. Omnia C. de Testamen. affirmat. Josephus  
Mascard. de probat. volum. 3. conclus. 1352. num 47. Et  
quod nulli testes in testamento requirantur,  
quod Principi vel auctis insinuatur, cōmunem  
opinionem esse attestatur Berl. consil. 38. quest. 1.

num. 21. volum. 4. consil. German. Atq; contrariam opinionem usu nō servari, sed hanc nostram in praxi attendi , & etiamsi nulli testes interveniant, acta sufficere, et, ubi cunq; judex sit, acta putari esse per l. an apud & passim ff. de manumiss. vind. eamq; ob rem, & sufficere judicē aut duos tresve ad domum testantis venire, & testamentum illis insinuari, ut pōst ad acta referatur, atque hunc in modum constitutū esse part. 3. const. 3. Electoris Augusti annotavit Mattheus Vesenbeccius. Jureconsultus Germaniae incomparabilis in not. ad Sncid. Inst. dict. tit. nu. 17. Atq; hanc opinionē omnium verissimā esse attestatur Vasq. de success. li. 3. §. 24. nu. 8. Myns. Resp. 79. nu. 8. & cent. 6. observ. 29. nu. 5. Cameræ Imperialis Assessores hanc sententiam in judicando secutos esse, suisq; aliquādo suffragiis approbāsse affirmat. Cui non adversatur, quod in una eademq; facti specie deversissimæ sēpe numero emergant circūstantiæ; unde fit, ut diversa quoq; Cameræ Imperialis in uno eodemque casu pjudicia extare reperiantur. Quæ em̄ hīc, cùm omnia planè paria sint; nec quaestio in d. observ. 29. Cent. 6. aliter atq; hīc sit concepta (utrobiq; em̄ quæritur, an Testamentū actis insinuatū absq; testibus valeat) potuit diversa & discrepans occurrere circūstantia? similiter nō obstat, quod legibus non exemplis judicandū esse dicitur in l. Nem⁹ C. de sent. & interloc. omn. Judic.

dic. quoniam hīcpariter & legibus & exemplis  
judicatur, maximē cum idem Myñsing. senten-  
tiam hāc totius Germaniæ applausum pmeru-  
isse scriptum reliquerit. Neque nocet huic,  
quod regeri fortassis possit, in unum eundem  
que Jureconsultum totius Germaniæ consue-  
tudinum, aut quōd illa opinio calculo univer-  
sa Germaniæ cōprobetur, notitiam vix ac ne  
vix qđem cadere posse & per finitam hominis  
scientiā, & quod fieri non posse videatur, tam  
latis ut finib⁹ alicujus Jureconsulti cognitio  
sese propaget atq; exporrigat. Cum enim Ca-  
meræ Imperialis judicium sit supremum & ul-  
timum in imperio Romano judicium, à quo  
extremam suam & summam decisionem ex or-  
dinatione Cameræ Imperialis causas omnes  
accipere oporteat, & à sententiis ibidem latis  
nulla concedatur appellatio ( licet is , qui ali-  
qua fuit prægravatus sententia à Proceribus  
Sacri Romani Imperii petere possit, præfini-  
to ut visitationi Cameræ Imperialis tempo-  
re actorum instituatur revisio, adhibitis eam  
ad rem , præter Præsidem & Assessores Ca-  
meræ , qui illam pronunciarunt sententiam,  
Imperatoriæ Majestatis, Electorum , Princi-  
pum, ac Statuum Imperii præclarissimis con-  
sultissimisq; consiliariis, ut videre est in Ordinat.  
Camer. part. tert. tit. 53. Von Revision vnd besichti-  
gung

gung der Acten vnd gesprochnen Urtheilen am  
K niglichen Cammergericht ic.) Germanorum  
autem caussae per ultimam provocationem ad  
Cameram devolvantur, n o videtur adynaton,  
ut Assessor illius, quid aliquo in casu arduo p-  
fertim & examine supremae curiae digno ferat  
Germaniae consuetudo, quorsum pr cipui Ju-  
reconsulti in judicado inclinarint, & quid pro-  
b rint, quid ver  contra reprob int, explora-  
t  cognitum habeat. Et ne diutius recensendis  
aliorum Jureconsultorum suffragiis inh ream,  
ip『i deniq; autores decisionum scriptarum Ju-  
ris Saxonici cum concordantia juris civilis Part.  
2. de success. quest. 13. ( quas quidem decisiones ad  
mandatum Potentissimi quondam Praefecti Pre-  
torio Augusti Electoris Saxoniae conscripse-  
r ut) quod de Testamento Principi aut actis infe-  
rioris Judicis insinuato diximus, id  servari di-  
cunt in Testamento facto coram duobus aut  
tribus Scabinis seu decurionibus rogatu testa-  
toris a senatu ad domum ejus missis.

H ec sunt argumenta, quae faciunt ab affir-  
mativa sententia, ejus quidem, ut mihi videtur,  
ponderis atq; momenti, ut si ad Testamentum  
hoc nostrum recte applicentur, suum inter so-  
lennia Testamenta locum ei asserere possint.  
Ceterum antequam ad confutationem eorum  
argumentorum me conferam, quae pro negati-  
va

va opinione stabilienda supra allata sunt , di-  
spiciēdum venit, utrum Testatorem ejus dun-  
taxat Judicis actis, cuius imperio ipse subjectus  
est, voluntatem suam insinuare oporteat , an  
verò alterius etiam Judicis actis, quem supe-  
riorem ille haud recognoscit , Testamentum  
insinuare suum ei liceat. De qua quidem quæ-  
stione tanto minùs dubitandum est, quāto cla-  
riùs Imperatores. Honor. & Theodos. in d.l.O-  
nium rescripsierunt, securum eum esse, qui actis cuius-  
cunq; judicis mentis suæ postremum publicavit judicium.  
Cujuscunque Judicis in genere dixerunt , &  
distinctionem aliquam inter Judicem Testato-  
ris competentem, & inter incompetentem ju-  
dicem, qui nihil juris & imperii in testatorem  
obtinet, faciendam ut esse non existimârunt,  
ita nec constituerunt. Qua quidem distinc-  
tione si opus fuisset, Imperatores utique silentio  
in re præsertim tanti momenti , neutquam  
transmissuri erant. Quoniam igitur verba ge-  
neralia generatim interpretanda sunt, l. i. §. Ge-  
neraliter ff. de legat. præst. contr. tabul. & vbi lex non  
distinguit, neque nos distinguere cōvenit vul-  
gata l. de precio ff. de public. in rem act. nihil interesse  
certò statuendum fuerit, utrum Testator sui  
Judicis, an verò alterius actis voluntatem suam  
ultimam insinuaverit. Et causa dispositionis il-  
lius, quod securus sit, qui actis Judicis mentis  
suæ

## CONSULTATIO

43

suæ postremum publicavit judicium, in eo posita est, ne fraus aliqua in ultimis hisce voluntatibus admittatur, sicut supra docuimus, fraudes autem illæ tam per Judicem nostrum, quām Magistratum alienum, cùm utrobique bona fides præsumatur, præcaveri averisque possunt, sicut salva quoque illa ipsa sit dispositio ultimæ voluntatis, quæ judicis incompetentis actis insinuatur, quoniam causa illius adimpletur, neque fraus aliqua est pertimescenda, sicut è contrario cessante causa dispositionis cessat ipsa dispositio, quemadmodum supra retuli. Cui assertioni nostræ ex eo maximum pondus accedit, quod donationem inter vivos, quæ excedit summam quingentorum aureorum, ideo actis insinuari necesse sit, ut omnis suspicio & fraus eviteretur, ac removeatur, sive, ut Constantinus Imperator loquitur, ne clandestinis ac domesticis fraudibus facile quidvis pro negotii opportunitate configi possit, vel id, quod gestum est aboleri *l. Lata 27. in princip. C. de donat*, atque in illa insinuatione non esse necessarium, ut partes de illius sint Judicis jurisdictione, coram quo fit insinuatio, vel ut res, quæ donantur, sint sub judicis ejus, qui donat, jurisdictione positæ, Imperatores salutariter sanxerunt in *d. l. Lata in fin. & l. in hac satratis*.

eratissima. C. de donat. Constantini certè Imperatoris, in d. l. Lataverba hæc sunt: *Gesta confici super rebus etiam alibi collocatis ubicunq; sufficit.* Et Imperator Leo in d. l. In hac sacratissima, id ipsum quod volumus, dissertis verbis edixit, *cum hæ donationes, inquit, quæ in diversis provinciis & civitatibus apud quemlibet ex prædictis fuerint intimatae, obtineant inconcussam ac perpetuam firmitatem.* Ferrariens. in sua practic. in form. libell. pro donat. super verbo Solenniter num. 2. in fin. ubi scribit, coram quocunq; Judice, etiam cui donator non sit subjectus, nec res donata subdit, insinuationem fieri posse, dummodo iudex ille ordinariam saltem habeat jurisdictionem à legge scilicet, vel Imperatore, vel universitate concessam. sequitur Scweid. super tit. Inst. de donat. ad §. aliæ num. ii. Neq; obstant l. Testamenta & l. consulta. C. de Testamen. per quos textus privilegiorum insinuationem coram Judice incompetente factā non valere tradūt DD. Roman. Sing. 818. incip. præsentatio Gail. lib. 1. obs. 1. nu. 12. Nihil enim aliud ex d. l. Testam. colligitur, qd quod Testamenta cætera q; apud officium censuale publicari solent, in eodem loco reservari debeant, necnulla usq; translatio fieri permittatur, & d. l. consulta apud Magistrum dunraxat census, Roma Testamenta aperiri oportere asserit. De insinuationis autem ad judicem incompetenter generali prohibitione nihil ibi legitur. Porro ex eadē illa generali locutione Imperatorū in d. l. Omnijū C. de Test. in verb,

cuius-

cujuscunq; Judicis apertissimè convincitur, frustra  
 quæri illud distinctionis diverticulum ac quasi  
 crysphygeton inter Majorē Judicem ac Mino-  
 rem, quasi nimirum insinuatio Testamēti ad a-  
 ctā Majoris Judicis, non autem Minoris fieri  
 debeat. Præterquām enim quod caussæ dispo-  
 sitionis illius, quo ad insinuationē ad acta cu-  
 mulatè satisfiat, & ipsa quoque insinuatio fa-  
 cta adjudicem Minorem plenissimum conse-  
 quatur effectum, subjungitur in d.l. *Omnium aut*  
*Municipum*, qui quām exiguam & parvā habue-  
 rint jurisdictionem, abunde demonstrant tex-  
 tus in l.i. ff. de offic. præf. urb. l. observare & l. seq. ff. de offi.  
 procons. l. Magistratus. ff. ad Municip. ubi Magistratus  
 Municipalis ea, quæ magis imperii sunt, quām  
 jurisdictionis, facere posse expressè negatur.  
 His ita præmissis nunc ad Confutationem ar-  
 gumentorum negativæ sententiæ accedamus.

### CONFUTATIO ARGUMEN- torum negativæ sententiæ.

Responso  
 ad Argu-  
 mētum. I.

**Q**UOD autem ad dilemma primo loco  
 propositum attinet, quod si Testamen-  
 tum Domini Testatoris valeat, aut ut  
 scriptum Testamentum, aut ut nuncu-  
 pativum illud valere oportere. Sed ut neutrum  
 valere. Ergo omnino non valere; negatis nam-  
 que speciebus omnibus ipsum genus necessa-  
 riō

riò negari affirmant Logici; Negāda est assump-  
tio. Valet enim ut Testamentum scriptum,  
quoniam aliquoties scriptum se condere Te-  
stamentum haud obscure professus est Domi-  
nus Testator.

Non obstat, quod testes nulli intervenerint,  
non obstat, quod coram iis Testator vel per se  
vel per alium non subscriperit, non obstat de-  
niq; quod testes nec subscriperint nec signa-  
verint testamentum, quas omnes solennitates  
requirit d.l. *Hac consultissima C.de Testam.* Etenim  
si testibus in Testamento, quod actis insinua-  
tur, non opus est, sicut prolixè supra ostendi-  
mus, frustra de illorum subscriptione ac obsi-  
gnatione, frustra itidem de subscriptione Te-  
statoris coram iisdem disputatur, quoniam nō  
entis nullæ sunt qualitates. Hinc in eo itemq;  
oleum ac opera perditur, quod Testamentum  
nuncupativum non fecisse Testatorem mul-  
tis ostenditur. Posita namque specie disparata  
una, alterā negari necesse est. Nō obstat, quod  
haud exiguam ex eo dubitandi occasionem da- Argumentum. II.  
ri asserebatur, quod Dominus Testator, cùm  
scribere non poterat, Testamenti ordinatio-  
nem non distulerit, donec à morbo sese suo vel  
omnino confirmasset, vel saltē ad subscribē-  
dūm respiravisset, & quid fuerit, cur judicis nō  
sui actis Testamentum illud insinuaverit. Hinc

D

enim

enim videri posse aliq; in testamento fraudem  
admissam, perinde ac si alii Testamēto subscri-  
pserit Testator, aliud verō Judici & Scabinis  
fuerit exhibitū ad insinuationē in actis facien-  
dam. Illa namq; facti sunt, ut non p̄sumi, sed po-  
rius p̄bari ea conveniat C. cum in jure de offi. de leg.  
**C.** cum Joannes de fid. Instr. l. in bello §. factae ff. de capt. &  
postlim. revers. Mascal. de probat. vol. 2. conclus. 732. nu. 1.  
At ad dolum quod attinet, is regulariter non p̄sumitur l.  
Quoties §. Qui dolo ff. de probat. l. Quod adhibitis C. de his  
q̄ sib. ascrip. in testa. Gail. de pac. publ. lib. 1. c. 7. Bald. in l. 1.  
in fin. ff. de leg. & in l. observare §. Proficiisci q. 39. ff. de offi.  
Procons. Mascal. de probat. vol. 1. cōclus. 531. nu. 1. ubi in-  
numerabiles DD allegat. Quid? quod cū ex Doctorū  
assertione triplex sit pr̄sumptio, facti, juris,  
& de jure, ea, quæ facti est, nullam gignit suffi-  
cientē probationem juxta c. 3. q. 1. & c. oves 6. q. 1.  
aut, cūm credulitatem aliq; gignit, per se tñ sola  
dubitatem non tollit, ut post alios tradidit  
**Cōsultissimus Lagus in Method.** U. J. tradit. part. 5. c.  
25. nu. 3. Et infirmū illud esse, q; de insinuatione  
judici nō suo facta in mediū allatum est, ex su-  
pra p̄misso fundamēto ipso sole meridiano di-  
lucidiūs liquet. Neq; obstat, q; ulterius objecū  
fuit, ordinationem vel insinuationem Testa-  
mentorū coram actis fieri duntaxat per nuncu-  
pationē ppter expressa verba d. l. *Omnium mentis*  
*sue publicavit, item per supplicationē nostris auri-*  
*bus*

Vd VI. Ar-  
gumentū.

bus intimatur, Atqui Nobilissimum Domintum  
Testatorem testamentum nuncupativum non  
condidisse, cù q̄ clausam & signatam scripturā  
suam coram Judice & Scabinis p̄tulit. Quocir-  
ca nec coram actis testamentū ipsum condidis-  
se dici posse, ideoq; nullū & tanquam non fa-  
ctū illud p̄hibendum esse. Nam, qm̄ jus ex facto  
desumitur, originemq; suā trahit l. si ex plagiis 52.  
§. in clivo ff. ad l. Aq. I. de facto p̄positū fuit Impera-  
toribus Honorio & Theodosio, fuisse aliquem  
qui p̄cibus oblatis Principis auribus mētis suā  
judicium intimaverit, nullarum p̄terea solen-  
nitatum mentione facta, ideoq; quæri, utrūm  
Testamentū illud tanq; solenne valere debeat:  
Respōderunt Imperatores, utpote interrogati  
de eo, qui viva voce Principi p̄posuisset ultimā  
suam voluntatem, ejusq; auribus intimasset,  
securum euīn esse, qui mentis suā postremum  
publicasset judicium. Inde tñ mimimè sequi-  
tur, Testamentū coram Principe & actis aliter  
non condi, q̄ per nuncupationem. Quod si e-  
nim Imperatores consulti fuissent de eo, qui  
Principi scriptum Testamētum insinuasset, o-  
missis aliis solennitatibus, absque omni dubio  
idem fuissent responsuri. Accedit, quod cum  
generalis illa regula, quæ colligitur ex d.l. Hac  
consultissima C. de Testam. quod vel per scripturā,  
vel per nuncupationem testari liceat, suffragā-

D 2

te com-

te communi omnium Doctorum consensu, ne  
in hoc quidem casu specialiter abrogata sit,  
merito ea stare permittatur per *l. Præcipimus C. de Appell.* Et leges tum propter rationis paritatem,  
tum propter insignem aliquem favorem atq;  
benignitatem dilatari, & ad similes casus non  
secus extendi, ac si de iis singulariter quoque &  
in specie dispositum fuisset, tradit *gloss. ult. in l.*  
*tale pactum in fin. ff. de pact. l.* *Titius §. Lucius ff. de liber.*  
& *posth.* Et quod de rationis identitate dixi, ita  
verum est, & eð usque procedit, ut non simili-  
tudo sed eadem lex dicatur, ubi eadem est ra-  
tio, ut notat *Bald. in l. Data opera in 8. col. C. Qui ac-*  
*cus. poss. per l. Illud C. de sacros. Eccles. & Alex. consi. 75.*  
*videtur in præsentium. 3. volum. 5.* Et, quod magis  
mirandum est, in materia pœnali, ubi eadem  
reperitur ratio, idem videri cautum tradit *Bald.*  
*in d.l. Data opera pertext. in l. his solis C. de revoc. donat.*  
Rationis autem paritas utrobiique eadem est  
ut securus sit, qui testatur, ut fraus omnino  
nulla sit ei extimescenda. Id quod per Testa-  
mentum tam scripto comprehensum, quam  
nuncupatum fieri posse ipsa naturalis ratio di-  
ctitat. Quid? quod singulare beneficium sit,  
quod Imperatores in d.l. *Omnium civibus Ro-*  
*mánis præstiterunt, beneficium autem Princi-*  
*pis quam plenissimè interpretandum est l. fin.*  
*ff. de const. princ. & C. cùm dilecti filii ext. de donat. ubi*  
*in*

## TESTAMENTARIA.

51

in donationibus liberissimam fieri interpretationem, eamque ob rem clausulam onerosam post multas donationes appositam proximam tantum donationem respicere rescribit Pontifex. Quod sanè si uspiam faciendum est, in causa Testamentaria omnis favoris plenissima id utique ad imitationem & exemplum trahendum fuerit, jubente id ipsum Paulo Jureconsulto, cùm in Testamentis pleniùs voluntates testantium interpretandas esse scribit in l. 12. ff. de Reg. Jur. junc. l. fundi ff. de usu & habit. Neque infrequentes esse legum in rebus favorabilibus extensiones, ac illas, ut loquuntur, EN PLATEI interpretationes multis exemplis doceri posset. Cum primis nobilissima l. Diffamari C. de Ingen. manumiss. practica egregium quoddam illius rei exemplum nobis suppeditat. Cum enim lex illa tantum viam præscribat cresceti de statu suo diffamato ingenuitatem suam adversus illam, quæ ci per diffamationem intentabatur, servitutem afferendi, atque ita primum admodum curtis ac brevibus circumscripta esset limitibus, deinceps cùm ppter præstantissimas amplissimasq; rationes, tūm proper rem preciosissimam, in qua ipsius vertebar tractatio, famā nimirūm, quę omnibus divitiis ac thesauris mundi pferenda est l. Julianus in gloss. fin. ff. si quis omiss. causs. testa l. justa ff. de manumiss. vind. l. Miles §. so-

D 3

œr.

cer.in fin. ff. ad l. Jul.de adult. l. Si in duabus ff. de Reg.jur.  
Cyn. & Paul.de Castr. in l. si q. advocatorum C. de postul.  
Spec.in tit.de advocat. §.3.nu.6. & in tit.de notor.cri. §.3.  
c.11.q.3.C.non sunt audiēdi 12. q.1. C.nolo cū simil.Bald.  
in l.1.col.5.C.de confess.Imperatoria accedēte auto-  
ritate ita ampliata est, ut in causis omnibus cri-  
minalib<sup>o</sup> & civilib<sup>o</sup> iisq; tam psonalib<sup>o</sup>, q reali-  
b<sup>o</sup>, & tā in possessore q in petitore locū habeat,  
sicut post alios à se se allegatos demōstrat Elarer.  
in repet.l. Diffamari C.de ingen.manumiss.c.1.nu.6 &c.  
12.per totum Gai.lib. 1. observ.9. nu, 2. & ibidē adducti  
DD. q plurimi. Ut maximē igitur Imperatores in  
d.l.Omnium ex facto ipsis pposito de testamen-  
to nuncupativo insinuato & intimato loquan-  
tur, propter eam tñ, q supra dixi rationē illa i-  
psorum cōstitutio ad testamentū etiam scriptū  
meritq extenditur; sic ut non solum viva voce,  
sed etiam scriptis, Principi, Judicūm q; actis te-  
stamentum insinuare liceat. Quam in senten-  
tiam DD. communiter oēs discesserunt, ut non  
attendendum sit, quid unus aliquis ex Docto-  
ribus docuerit, sed quid plerisq; illis cum pri-  
mis practicæ jurisprudentiæ Coryphæis à quo-  
rum receptis sententiis in judicando non rece-  
ditur, placuerit, & aliâs ex iis, quæ ante hac tra-  
dita sunt, notū sit, benigniore. in testamentis  
interpretationē accipiendam esse atque ita a-  
etum interpretandū, ut potius valeat, q pereat

l. Quo-

1. Quoties ff. de verb. oblig. C. inter ext. de fid. instru. C. cum  
dilectus ext. de donat. l. cum filius §. hæres & l. si quis te-  
stamēto ff. de leg. 2. Spec. tit. de Instr. edit. §. cōpendiosē nu,  
20. Quæ omnia evincunt, quāvis Testator no-  
ster illud, quod actis insinuavit, Testamentum  
in scripto condiderit: firmum tñ de jure ac va-  
lidum istud esse, suumq; inter testamenta legi-  
timè ordinata ei locum constare. Neq; obstat,  
q latiū objectum fuit, Testatorē nostrum te-  
stamentum corā actis non condere, sed tantum  
insinuare voluisse, sola autem insinuatione te-  
stamentum cōfici nullo juris textu doceri pos-  
se, ideoq; priorē ordinationis actum, ppter so-  
lennitatum defectum, alterum ideo q priorem  
per se ē infirmum, validum non efficiat, mini-  
mè valere. Negandum namque est, Nobili-  
simum Dominum Testatorem tantum insi-  
nuare voluisse. Non enim tantū insinuavit, ve-  
rum etiam eo ipso quòd insinuavit, cōdidit. Si-  
cūt enim Testamentum perfectum & consum-  
matum non est, quamdiu testes non fuerūt ad-  
hibiti, licet Testamentum scripto jam tum cō-  
prehensum sit: sic neque perfectum est, quan-  
do Testamentum quidem ad scripturam reda-  
ctum est, nondum autem actis, quæ testium so-  
lennitates, sicut reliquas omnes superant ac  
supplent, insinuatum. Quod autem Testamen-  
tum primūm scribere, deinde verò ligatū, clau-

Ad V. Ar-  
gumentū.

sum, vel involutum proferre licet coram se-  
ptem testibus, quos testator præfatos hoc suū  
Testamentum esse roget, ut subscribant & si-  
gnent, ut maximè ii nesciant, quid in Testa-  
mento scriptum sit, & quod necesse non sit  
testatorem uno eodemq; tempore arbitrium  
suum dictare, & testes rogare ac adhibere,  
sed licitum sit testatori alio tempore arbi-  
trium suum concipere, alio testes adhibe-  
re, cùm tota *I. Hac consultissima C. de Testamen-*  
dilucidè ostendit, tum verò maximè hæc illius  
verba, quæ etiam atque etiam considerari ve-  
lim, dictatum faciunt: *In omnibus autem Testamen-*  
*tis ( inquit Imperatores ) superfluum est uno*  
*eodemq; tempore exigere testatorem, & testes adhibere,*  
*& dictare suum arbitrium, & finire Testamentum: sed*  
*licet alio tempore dictatum scriptumve proferatur Testa-*  
*mentum, sufficiet uno tempore eodemq; die, nullo actu ex-*  
*traneo interveniente, testes omnes videlicet simul nec di-*  
*versis temporibus subscribere signareq; Testamentum.*  
*Finem autem Testamenti subscriptiones & signacula te-*  
*stium esse decernimus. Non subscriptum autem à testibus*  
*ac non signatum Testamentum, pro infecto haberi conve-*  
*nit. Proinde quemadmodum non valet argu-*  
*mentatio illa: Sempronius alio tempore dicta-*  
*vit suum arbitrium scripturaq; comprehendē-*  
*dum curavit, alio testes adhibuit: Ergo Testa-*  
*mentum non fecit vel inceptè testatus est: Sic*  
*neque*

neque valebit argumentatio ista: Nobilissimus Dominus Testator alio tempore arbitrium voluntatis suæ ultimum concepit, & ad scripturā redigi fecit, alio actis insinuavit, quæ testium solennitates supplent; Ergo Testamentum nō fecit vel ineptè testatus est, aut tātum insinuavit Testamentum, quia sicut in superiori casu subscriptiones & signacula testium sunt finis Testamenti d. l. Hac consultissima §. in omnibus vers. Finem autem: Sic in eo casu, de quo nos loquimur, insinuatio ad acta antea à testatore concepto, subscripto, consignato, clauso & involuto Testamento finem imponit. Ex quo eodem fundamento non obstat, quod appositum fuit; Testamentum si non conficiatur uno eodemq; actu sive contextu, ut loquuntur, nullum esse per vulgatam l. Cūm antiquitas C. de Testamen. quoniam unus idemq; contextus duntaxat in testium præsentia, subscriptione & consignatione regritur d. l. cum antiquitas & d. l. Hac consultissima §. in omnibus C. de Testa. Jam verò Testator noster insinuationem ad acta uno eodemq; contextu perfecit, teste suprà posita clausula. Quę denuo ostendunt, testamentū hoc jure factū esse. Neq; adversatur porrò, q; testator per VI. Argumentum. Doctorem corā actis testamento suo non subscripsicerit, id quod ideo fieri oportebat, q; acta testes repræsentēt. Sicut igitur Testator coram

D 5 testi-

## CONSULTATIO

testibus vel per se se vel per alium testamento subscribere necesse habet d.l. Hac cōsultissima, ita idē quoq; requiri videbatur in hoc casu nostro. Nam Imperatores indistincte loquūtur, q̄ testamentum actis judicis insinuatū *Omnium testamentorum solennitatem superet*, quam qđem solennitatem nostrum non erit ad testium tñ numeri solennitatem astringere contra textū generaliter loquentē d.l. de precio ff. de public. in rem act. in caussā maximè usq; adeo favorabili. Nec obstat, si quis particulās *Solennitatem & videtur in d.l.* *Omnium urgere* velit. Cūm eñ ipsi Imperatores non limitaverint *Solennitatem*, non singulariter sed pluraliter, ut ita loquar, id est, generatim ipsam interpretādam esse satis firmā colligitur consequentiā; & videri particula nō semper dubitative, sed et assertive à pbatis & classicis iisque latinissimis autoribus, sicut & à Jureconsultis nostris usurpatā reperitur, ut tñ meræ conjecturæ non autem sufficientis probationis loco habendū sit, quod ex iis particulis superstitionē detortis contra mentem Imperatorum.

*ad VII.* eruere alijs conetur. Ulterius nō adversatur, q̄ objectum fuit, nondum sufficientē fuisse allatum. tam probationem, q̄ testes in eo testamento, quod actis insinuatū, non requirantur. Regri enim & glossam & alios p̄stantissimos autores tradidisse, & Laurentium Kirchov. in thesaur. comm. opin.

opin. lit. T. verb. Testamentum corā Principe cō-  
muniem hanc opinionē esse attestari. A glossa  
eīm s̄epe recessisse Doctores cūm in consulen-  
do, tūm in judicando supervacaneū foret plixē  
docere. Et quantum autoritati glossæ tribuen-  
dum sit, explicat Zas. singular. respons. lib: 1. c. 7. nu. 10.  
cujus hęc sunt verba. Accursi glossemata nihil plus pō-  
deris habent, q̄ alterius docti viri doctrinæ, qbus utrisq; si-  
ne textu aut evidenti ratione nihil credi:ur, immo error  
est, & quidem periculosus, Accursio tantum tribui, quā-  
rum confirat, a Doctorum factione ei tribuitur, qui etsi  
fuerit vir doctus, & omni veneratione dignus, ta-  
men & errare potuit, & juris condendi autoritatem  
non habuit. Ac ridiculum est, inquit Nicolaus Ever-  
hardus in locis legalib. allegare glossam, ubi textus ha-  
betur per gloss. in l. sed licet in princ. gloss. in fin. ff.  
de offic. Presid. Gail. lib. 1. observ. 153. numer. 8. Nec  
minoris autoritatis atque nominis Jurecon-  
sultos, immo majori & numero & potiori-  
bus rationibus adductos contrariam fuisse am-  
plexos sententiam, quod in Testamento ni-  
mirum, quod actis insinuatur, testes non re-  
quirantur, ex iis, quæ supra recensuimus, fun-  
damentis in obscuro non est, verū in clarissi-  
ma luce positū. Et licet supra citatus Kircho-  
vius negativam opinionem communem esse  
dicat, communior tamen erit nostra, utpote in  
quam longè plures Doctores idque multò fir-  
miori-

mioribus argumentis moti discessione ficerint, & quæ non solum in judiciis totius Germaniæ, sed etiam in supraemna Cameræ Imperialis Curia sit observata teste Mynsing: supr. citat. loc. Et sanè si ad præsentem facti speciem descendamus ut certè descendere debemus, ea potius arripienda est iinterpretatio, quæ actum conservat quam quæ perimit. d.l. Quoties ibiç DD. ff. de verb: oblig. maximè in Testamentis d.l. in Testamentis ff. de Reg. jur. Neque obstat, quod testes hic requiri ex eo probari allatum fuit, quod Imperatores dicant in d.l. *Omnium: Inter tot nobiles probatasq; personas etiam conscientiam principis tenet:* quia verisimile est adfuisse illas personas non tanquam testes, qui peculiariter ad testandum rogari solent, sed quia alias Principiaderant tanquam Stipatores illius & Satellites. Videmus enim hodie Principes, quoties ad supplicandum sibi alios admittunt, sive id descripto exhibito sive viva voce fiat, habere toties tūm nobiles, tūm alias personas præstantes suum circa latus circumfusas. Et ut maximè demus, in eo facto, de quo nos loquimur, adfuisse illas nobiles probatasque personas tanquam testes, alia tamen quæstio est, utrum adfuerint, an verò necessariò adfuerint, sicut si non adhibiti fuissent, actus ipso jure nullus futurus fuisset. Alia inquam quæstio est, utrum inter-

interveniāt testes, an verò necessariò ipsos intervenire oporteat. Non dispu-to, utrum intervenerint testes, sed tantùm an necesse fuerit. Necesse enim non esse ex eo manifestè constat, quòd superfluum sit privatum testimonium, cùm publica monumenta sufficiunt d.l.31. C.de donat. ubi Imperator Zeno respondet, in donationibus, quæ actis insinuantur, non esse necessarium vicinos vel alios testes adhibere. Dicit tantùm non esse necessarium, quòd si autē de facto interveniant, id nullam necessitatem importat, sed potius quandam superflui rationem inducit. Adfuerint igitur testes in facto, de quo consulti fuerunt Imperatores Hono-rius & Theodosius. Inde autem minimè sequitur, ita necessariò fuisse illos adhibitos, ut nisi adhibiti fuissent, Testamentum illud nullas de jure vires fuisset habiturum quia duplex, si-  
cūt modò dixi, quæstio est aliqd fieri, & aliqd nece-  
sariò fieri, & qui duas istas distinctas à se se diver-  
sasque q̄stiones confundunt, ii cùm fallaciam  
cōpositionis & divisionis cōmittunt, tum plura  
EROTEMATA ppterā in unum cōmiscent. Un-  
de ēt refutatur, q̄ ulterius oppositum fuit, re-  
gulam illā in d.l. Hac consulti simili traditam, quod  
septem numero testes in testamento adhiberi  
debeāt, nisq̄ & ne in eo quidē casu, de quo nos  
logmūr, quando videlicet testamentū actis in-  
sinua-

*Ad VIII.  
Argumen-  
tum.*

sinuatur, fuisse abrogatam. Nā non nego, pr̄fus illos adhiberi, sed tm̄ nego illos necessariò adhiberi, ppter s̄epius allatam rationē, q̄ superfluū sit privatum testamentū, cùm publica monumenta sufficiant d.l.31.C.de donat. Neq; adversatur, q̄ objectum fuit, in l.san. iiii C.de Testam. expressé ab Imperatore edici, Testamentum prius tolli per posterius æqué solenniter factū, nisi testator suam voluntatē mutaverit, & hoc vel per testes idoneos non minùs tribus, vel inter acta manifestaverit, & decenniū fuerit elapsum. Inde em̄ colligi; qm̄ utrobiq; decennium requiritur, tā in tribus testibus q̄ in actis, suppleri hoc decennii lapsu reliquorū testium numerum, & quoniā in revocatione testamēti sola acta nō sufficiunt, in ordinatione quoq; sive insinuatione testamēti sufficere nō videri, aut si acta sufficient in ordinatione testamenti, sufficere ēt in revocatione, nec op̄us esse hoc decennii lapsu, qm̄ nihil tam naturale est, q̄ ut, e modo quid dissolvatur quo colligatū est l.Nihil ff.de Reg.Jur. Ab his em̄ regulis nulla firma ducitur argumentatio. Neq; em̄ ex regula jus sumitur, sed ex jure, q̄ est, regula cōstituitur, ideoq; ex iis Jureconsultorū responsis, ex q̄bus desumptae sunt regulæ illę, interpretandas eas esse pr̄terquam q̄ docent pr̄stantissimi Interpretes ad l.i. ff. de Reg. Jur. ipse ēt Paulus Jureconsultus

*in d.*

In d.l. 1. ff. de Reg. Jur. satis testatū facit, cùm Regula, inquit, est q̄ rem, quæ est, breviter enarrat, non ut ex regula jus sumatur, sed ut ex jure, q̄ est, regula fiat. Per regulam igitur brevis rerū narratio traditur, et, ut ait Sabinus quasi causæ cojectio est, & q̄ simul, cū in aliquo vi- tiata est, perdit suū officiū. Quod autē ad d.l. Nihil at- tinet, loq̄tur illa p̄priè de iis, quæ ex contracti- bus oriuntur, obligationibus, quæ non nisi per ejusdē generis modos tolluntur, de verborum cūprimis obligatione, quę nō nisi per accepti- lationē tollitur l.an in utilisis 8.in fin. ff. de acceptil. id q̄ ex inscriptione utriusq; legis patet. Tam eīn d.l. Nihil, q̄ d.l. An inutilis hæc inscripta verba re- periuntur; ulpiianus lib. 48. ad Sabinū. Neq; obstat ad extremum, q̄ Testamentū in loco judicii, & corā majore Judice iusinuari oporteat, & q̄ a- cta non tñm Judex, sed ēt locus judicii cōstituat. Cūm enim Testamēti factio sit voluntariæ ju- risdictionis, & q̄ huiusmodi sunt, passim ēt do- mi & in itinere expediri possint l. 2. ff. de offi. Pro- cons. §. servi verò Inst. de libert. nō est opus loco judi- cii. Et q̄ de majore Judice affertur, id ex diame- tro quasi pugnat cū d.l. omniū C. de Testam. ubi hęc verba legūtur: actis cujuscunq; Judicis, nulla, ut su- pra dictum est, inter majorē & minorem judi- cem distinctione facta, p̄fertim cum etiam actis Municipum, quo rū exiguam esse jurisdictionē alitea ostensum est, insinuatio ultimæ volunta- tis

Ad IX. Ar-  
gumentū.

## 62 CONSULT. TESTAMENT.

tis fieri posse ibidem dicatur. Et quod subjectū fuit, q̄ acta non solum Judex, sed & loc⁹ consti-  
tuat, nō repugnat, q̄a donatio inter vivos exce-  
dens summā quingentorū aureorum actis etiā  
tū insinuari dicitur, cùm extra locū judicij judi-  
ci insinuatur, sicut docet excellentissimus Ju-  
reconsultus Johan. Andr. in addit. ad Spec. §. porrò de  
Instru. edit. §. viso etiā ubi dicit; Servatur etiam, q̄ s̄ape  
in loco privato fiunt tales insinuationes per text. in l. No-  
vit Prætor in fin. & ubi not. ff. de interrog. act. Accedit  
Scneid. ad d. §. Aliæ Instr. de dona. nu. 10. & 11. ubi notā-  
dum esse dicit: quod insinuatio donationis possit etiam  
fieri in domo ipsius donatoris, & tunc quoq; donatio  
ista sic facta corā Judice consentiente autoritatē  
suam interponente insinuata esse dicatur, quia  
hoc est volūtariæ jurisdictionis secundum Bal-  
dū in l. Generaliter §. in omnibus C. de reb. cred. Nō ob-  
stat l. pen. ff. de just. & jur. q̄a loqtur in illo actu, in  
quo req̄ritur plena cause cognitio, quo casu se-  
dere ibi debet judex, ubi jus reddere cōsuevit.

Profligatis igitur iis, quæ obstare videbātur  
argumentis, Testamentū actis Judicis insinua-  
tum absq; testibus valere, atq; hac ratione No-  
bilissimū Testatorem nostrum voluntatē suam  
ritè secundum juris regulas ordināsse, salvo re-  
ctius sentientium judicio, de jure interrogatus  
respondet atq; concludit

Otto Melander J. U. D.

F I N I S.





Kd229e J  
(X 2276393)

290



# Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



NSULTATIO TE-  
STAMENTARIA,

QUA DISCUTITUR GRA-  
vissima & admodum controversa  
questio,

Testamentum actis iudicis in-  
sinuatum, absque testibus  
valeat;

O QUA AFFIRMATIVE  
CLUDITUR, ET VERUS AC  
germanus intellectus L. Omnia  
19. C. de Testam. asse-  
ritur.

A U T O R E  
THONE MELANDRO  
HASSO, JURIS UTRIUS-  
que Doctore.



pressum Lichæ, apud Nicolaum Erbenium.  
Anno 1597.